tihate; Quę rogauerunt milites descendentes
de barca· ut se illuc transferrent; Cumq; eas
transtulissent· inuenerunt sc̄e affrę integrū
corpus; Puer· uero qui cum ipsis erat transna
tauit & nunciauit matri eius hilarę· & uenit
nocte cū sacerdotib; dei· & tulit corpus eius· &
posuit scd̄o miliario a ciuitate augusta· in
memoriā quā sibi suisq; construxerat; Nun
ciatumq; ē iudici gaio· qui misit ad ipsam
memoriā dicens· ite & tenete eas· & si consense
rint uobis ad sacrificandū· cū honore eas ad
me adducite· ut remunerē illos censu dig
nissimo· Si uero uideritis eas animo ꝑtina
ci obsistere· & nulla ratione ad sacrifican
dum prebere assensum· inplete memoriā
gramine· & claudite sup eas ipsam memo
riā· & ita demum ignē subponite· ut nul
la ex eis euadat; Adeuntes autē eas milites·
prius blando sermone ꝓuocabant· post
hec terrorib; inpellebant· At ubi uiderunt
omnes simul contemnere sacrificia· reple
uerunt memoriā sarmentis & foeno· & sic
eis spinis· & clauserunt sup eas· & sub po
sito igne abierunt· Sicq; factū ē· ut eadē

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm11321/0204